

# Epigrammatum Graecorum

## Spicilegium quartum.

### 1.

Τελέσφορε χαῖρε.

Ἦν ὄρα συνέχουσα Τελέσφορον καὶ ἀπέδησε  
τὴν ζώνην αὐτοῦ [καὶ τὸν ἐρωτομανῆ]  
ἦόνος ἐξήραξε, καὶ οὐκέτι Μοῖρ' ἀνέμεινε.  
ὦ ταχύνου θανάτου καὶ γονέων ἀτυχῶν.

In Leucadia ex parietinis Leucadis, editum in Corp. Inscr. Vol. II p. 988 N. 1923 b ex *Ἰονίῳ Ἀνθολογίῳ* cum notis, quas „non attingit“ Boeckhii. Vellem fecisset, quum liber iste non ad manus sit, ipsius autem acutissimi interpretis sententiam multum absit ut pro vera habere possim. Mihi enim ὄρα pulchritudo est puellae, quam deperiens iuvenis in maris undis vel mortem vel, quod in epitaphio Leucadico probabilius est, amoris sanationem quaesivisset, quod secus ei cesserit. Quae insania, quamvis ambigue et leniter, epitheto *ταχύνου θανάτου* tangitur. Ad *ἦόνος ἐξήραξε*, nedum ut desit subiectum quale supplet Boeckhii, aptissime trahitur praecedens (*ὄρα*). Idem autem quum verbat: *aetas iuvenilis acceleravit fata Telesphori et contraxit*, ut „*συνέχειν* fere synonymum sit *τιῷ συντέμνειν* sive *ἐπείγειν*,“ pro *καὶ* paulo audacius ponens ὡς ἀπέδησε τὴν ζώνην, et de suo addens *κῦρ' ἄλός οὐλόμερον*, non video quid aliud cogitasse possit, quam Telesphori impetu iuvenili et imprudentia factum esse ut, quum ad balneum se praepararet, e ripa deorsum in mare laberetur. Ex nostra de carminis argumento hypothesis *continere* est totum occupare, corripere, atque haec floris puellaris delinimenta

cingulum deponere, i. e. iter sistere, porro vivere nolle fecerunt Telesphorum et e ripa in profundum mare desilire. Zonam deponere de vitae taedio dictum lenitatem illam spirat, qua Graeci dira quaecunque significare magis quam exprimere solent. Vitam cum itinere, corpus cum sarcina comparatum habes in Sylloge nostra p. 100. Significanter etiam haec dicta sunt: *καὶ οὐκέτι μοῦρ' ἀνέμεινε*, mora data fuit nulla, ruenti fato nihil obstitit, nemo adfuit qui deflectere miserum iuvenem a via aul, quum se deiecisset, a morte eripere potuisset. Quum prioris pentametri dimidium integrum in marmore deesse appareat, factum id videtur lapidarii oscitantia, qui etiam *ΕΑΥΤΟΥ* pro *ΑΥΤΟΥ* et in primo versu *ΚΥΘΧΟΥΣΑ* scripserit, quamvis dici potest, poetam hemistichio omisso rhythmum interruptione et asyndeto subsequenti haud illepide infelicem adolescentis vehementiam quodammodo imitatum esse, cui tamen vehementiae etiam ter repetitum *καί* non minus accommodatum esse videtur. Admirabilis est in tam gravis casus tam vivida descriptione brevitatis.

## 2.

*Πούταλα Πουτάλεια κόρα,  
Τιτύρεια γυνή.*

*᾽Ωλεο δὴ στυγεροῦ θανάτω προλιποῦσα τοκῆμας  
Πώταλα ἐγ γαστρὸς κυμοτόκοις οὐδύναις.  
οὔτε γυνὴ πάμπαν κεκλημένη οὔτε τι κούρη,  
πένθος πατρὶ λίπες μητρὶ τε τῆ μελεῖ.  
Ἐρμάου χθονίου.*

Larissae in sepulcreto occidentali, teste Joanne Lud. Using, Inscriptt. Gr. ined. Havniae 1847 p. 33, cum Le Bas in Revue archéol. 1844 p. 315 (unde repetitum est epigramma a Car. Keilio in Sylloge Inscr. Boeoticarum p. 76) Triccae extare dixisset. Poeta dialecto utitur poetica; reliqua vulgari Thessalorum adscripta sunt, *Πούταλα* pro *Πώταλα*, *Ἐρμάου* pro *Ἐρμάφ*, quae quidem ipsa nominis forma illarum partium propria est: *Ἐρμάων* legitur in epigrammate hermae a Lud.

Rossio Spartae inventi. V. 2 κυμοτόκος pro κυστόκος novum est: κῦμα, κῆμα, fetus uteri.

## 3.

Ἀντίσε κυδαλίμας ἀρετᾶς, πολυήρατε κόουρα,  
ἦξεν ἐς ἡλύσιον αὐτὸς ἀναξ Κρονίδης.

Τηλυγέτην με τοκῆς ἀνέτρεφον ἀλδήσκοντες,  
Ἄπτυριν, ἠΐθέων πάμπαν ἀρειοτέρην·

5 ἀλλὰ με Μοῖρ' ἐδάμασσαν, ἐπεὶ τόδε μύρσιμον ἦεν·  
τύμβον δ' αἶψα γονεῖς τεῦξαν ὄδυρόμενοι,

Ζηωνίς μήτηρ τε πάτηρ τέ μοι Νικολε[όντης],  
ἄμφω θυμοβόρῃ πένθει τειρόμενοι.

Ἄπτυρι, κλεινὸν ἄγαλμα καὶ ἐν φθιμένοισι φανείης,  
ὥσπερ ἐν ζωῆς κῦδος ὄπασαμένα.

Achridae ad lacum Lychnitin in Macedonia. Romam misit Pappadopulus, Professor Atheniensis; edidit Henzen Bulletino del Instit. archeolog. 1849 p. 149. Quod in medio binorum distichorum positum est epigramma, non ut haec binis utrumque versibus in iustam distichorum elegiacorum formam scripta sunt, sed unoquoque trium distichorum versu in binos dirento, duodecim minoribus versibus exsculptum est. Dialecto quoque breviora duo epigrammata a medio distinguuntur. V. 2 EIC. Novum est quod Jupiter ipse in Elysium duxisse dicitur Aptyrin propter virtutem. V. 3 ΤΗΛΥΓΕΤΗ. V. 7 ΖΗΝΩΙΚ et ΝΕΙΚΟΛΕ, erasis in fine ultimis litteris: utrumque nomen explevit Henzenus.

## 4.

Αὐτὸς Ζεὺς Κρονίδης ὑψίζυγος αἰθέρι ναίων  
σῶμα πυρὶ φλέξας στέρνων ἐξείλετο θυμόν·  
οὐκ ἦν ἄμβροτος. ἰθὺ παρέστην μήτερι σεμνῇ  
νυκτὶ μελαινοτάτῃ ἐρμηνεύουσα τὰδ' οὕτως·

5 μῆτηρ Μελιτίνη, Θρηῆνον λίπε, παῦε γόοιο.  
ψυχῆς μνησαμένη, ἦν μοι Ζεὺς τερπικέραννος  
τεύξας ἀθάνατον καὶ ἀγήραον ἦματα πάντα  
ἀρπάξας ἐκόμισσ' εἰς οὐρανὸν ἀστερόεντι.



Τοῦτ' Ἐϋδοσ βροτοῖς πᾶσι[ν] παραινῶ·  
 τῇ ψυχῇ μετάδος καλῶν [δ] τεχθεῖς,  
 καὶ τὸν βίον τρυφῇ παρηγόρησον,  
 εἰδώς, ἦν καταβῆς ἐς πῶμα Λήθης,  
 οὐδὲν τῶν ἐπάνω κάτω που ἕψει  
 ψυχῆς ἐκ μελέων ἀποπταθείσης.

## 7.

Παῖδες μὲν πατρὶ ταῦτ', ἄλοχος γαμετῆ δὲ ἔτευξαν  
 ἀντὶ φιλοφροσύνης Τελεσφόρω Ἀλεξάνδρω.  
 Χρήσιμος οὐνόμασιν Ἀλεξανδρεῖα δὲ μήτηρ  
 σῆμα τε καὶ βωμὸν τεῦξαν ἀποφθιμένω.

In cippo ex parietinis Adrianorum ad Olympum. Corp. Inscr. Vol. II p. 978 n. 3797 e. Le Bas Voyage archéol. n. 1059. Dativis ΓΑΜΕΤΗ V. 1 et nominibus V. 2 ut et participio ἀποφθιμένω non adscriptum est Jota, pro οὐνόμασιν iegitur ΟΝΟΜΑΣΙΝ. Pro δὲ V. 3 leg. τε. Cum antea dictum esset filios cum uxore cippum posuisse, ex altero disticho unum filiorum cum patre reliquorum nomine impensam fecisse discimus.

## 8.

## Θ. Κ.

Μήτηρ μοι σεμνή Διδύμη παρακοιμηθεῖσα,  
 ἑπτὰ δὲ δῖς μ' ἐτέων Δημήτριον αἶα κεκεῦθεν.

In insula Maiorca inter marmora circa finem saeculi praeteriti Roma et Aricia maxime, ubi effossa fuerant, a Legato Hispano illuc transvecta, v. Noticia de los museos del Cardinal Despuig existentes en Mallorca por D. J. M. Bover, Palma 1846 p. 46 n. 35. Inscriptio in quinque versus divisa omnes litteras habet perspicuas, O E Σ M forma rotundata. Nomen Διδύμη legitur apud Asclepiadem et Athenaeum. Ut a me ex libro Hispano editum est epigramma in Gerhardi Archaeol. Anzeiger 1849 p. 58, ita prorsus exhibuit etiam A. Longperrier Revue archéolog. 1849 p. 40, qui Boveri ineptas coniecturas exscripsit.

9.

Θ. Κ.

Ἐνταῦθα κεῖμαι τῆς Ἀθηναίων χθονός

Ἐρμῆς πολίτης, εἴκοσι ζήσας ἔτη·

μνημῆς δὲ τύμβον τεῦξε κάλλιστος φίλος,

In Puteolorum vicinia; edidit Pater Raphael Garucci Bullettino archeol. Napoletano 1847, qui V. 3 vocem *Κάλλιστος* pro nomine habuit. V. 1 *KIMAI*.

10.

Φοῖβον ἀκαιοεκόμη καὶ νιέτ βωμὸν ἔθηκεν

ἀρητήρ Μαῖωρ.

In colle prope theatrum *Epidauri*. Transactions of the R. Society of Literature 1847 Vol. II p. 231. *Μαῖωρ*, Sophista ap. Suid.

11.

Εὐδοε Πάν, σοὶ τόνδε παῖς Γλαύκον πόρ[ε κ]όσμον

Ζηνόδοτος σ[ω]θείς γῆς ἀπὸ τῆς Ἀ[ρ]ά[β]ων.

Apollonopoli magna, hodie Edfu, in orientem ad templum; edidit Caillaud tab. VIII, 2; restituit J. Franzius C. I. T. III n. 4838.

12.

Ξεῖνον τιμήσαντες, ὀδοιπόροι, ἦρωα τόνδε

Εὐδοκον, εἴτ' αὐτοὶ στείχετε σωζόμενοι.

Φεΐδων Ἀμβρόωνος ὁ Κρῆς ἀνέθηκε τὸ γράμμα

καὶ τιμάς, ἦρωας ᾧ δίδου εὐτυχίαν.

Ibidem; edidit Letronnius *Revue de philologie* T. I p. 302. 402. Franzius in C. I. T. III n. 4838 *b* haec annotat: „V. 1 ὀδοιπόροι (ex aliquot ductibus et diphthongo finali), V. 2 στείχετε, V. 3 Κρῆς (ex ΚΟΗC) occupavit Letronnius, cui in reliquis parum successit interpretatio, V. 2 ἐνταυθαῖ et V. 4 τιμᾶσ, ἦρωας, tentanti. Notus est usus voculae εἴτα post participium. Deinde in ultimis construe: Φεΐδων — ᾧ (ὁ) ἦρωας ἐδίδου εὐτυχίαν.“ Ecquis vero heros? Nimirum *Εὐδοκος*, heros aliunde non notus, qui expeditum largitur iter, fere ut

*Πάν εὐδος* in praecedenti epigrammate. Franzius, cum *εὐδον* scripserit, non video quomodo intellexerit.

## 13.

*Εὐσεβίης ἄμα καὶ πινυτιῆς τήνδ' οὐ[ρον] ἐλοῦσαν*  
*[σ]τεῖν, Καλλιρόην Ἀρτέμιδος πρόπολον.*

Thebis. Le Bas Voyage archéol. p. 118 n. 560. Supplementum quod posui, non ut pro iusto venderem, sed ut elicerem probabiliora, petitum est ex Thebani poetae verbis: *εἴ τις ἄκρον ἐλών*. Parrhasius in epigrammate operibus suis inscripto sese *τέχνης εὐρῆσθαι τέρματα* iactare solebat, Athenaeo teste XII p. 543 e. *Εἰς ἔσχατον ὄρον τὰς ἑαυτῶ δοκούσας ἀρετὰς ἐπετήδευεν*, verba sunt Eunapii apud Suidam v. *Ἀρβαζάκιος*.

## 14.

. . . . θων ἀνέθηκε ἡντεα.

*Ἰσχυλλος Θίοπος τοῖς δαμοσίοις ἐν ἀέθλοις*  
*τετρακι τε σπάδιον νίκη καὶ δὶς τὸν ὀπλίταν.*

Spartae. Post Fourmontum, ex cuius apographo edidit Boeckh in C. I. n. 17, plenius et rectius descripsit Lud. Rossius, Inscriptt. Gr. ined. fasc. I Naupliae p. 17 et tab. V n. 55, unde repetiit et suppleta in quatuor ex septem versibus una litterula certissime restituit et explicavit C. O. Müller Götting. gel. Anz. 1836 p. 1152—1155, cum quo prorsus convenit Franzio in Elementis Epigraphices Gr. p. 70 s. 380. Pro *Ἰσχυλλος* in marmore legitur *ΙΣΧΥΧΛΟΣ*, in Vase Volcenti *ΙΣΧΥΛΟΣ*. *Θίοψ* Dorice dictum esse vidit Müllerus pro *Θέοψ*, *σπάδιον* pro *σιάδιον*, *νίκη* pro *ἐνίκαιε*, *τεNTEA* pro *τὰ ἔντεα* idemque G. Hermanni coniecturas apposuit tum recentes, quae nunc leguntur in Opusc. T. V p. 174 ss.

## 15.

*Εὐφράτης πάϊς ἦλθον, αἱ δὲ πλοκαμῖδες ἔπεισαν*  
*ἕξάκι νίκησας πατρίδ' ἐπεκλείσα.*

Scriptum quatuor versibus in stela marmorea prope Thessalonicam inventa et in Museum Parisiense translata sub imagine mirmillonis altera manu fuscina et pugione ar-

mati, Revue archéol. 1849 Vol. VI p. 198—200. Forma litterarum O et Θ quadrata tertium prodit seculum. In priore v. corripitur αί, adversativa est scripta ΘΕ, tum ΠΛΟΚΑ-ΜΕΙΛΕΣ et ΕΠΗΣΑΝ. In altero, qui puncto ab illo distinguitur, ΕΠΗΛΚΑΕΙΣΑ. Cur παιδα sese dicat sexies victor, quo spectent cincinni persuadentes non dixit doctissimus editor Adr. de Longperier. Videtur autem homo gloriosus florem aetatis et crinium pulchritudinem efferre, quibus publicam admirationem excitaverit et mulierum animos ceperit.

## 16.

Ἀγωνοθετοῦντος Ἰουλίου Λουκίου [Μ]ειδίου Εὐ-  
 ἀρέστου Πα[λαί]τινρέως [Θ]έ[μιδος ἀγώνων] Εὐαρεσιεί-  
 ων, ἧς αὐτὸς συνεστήσατο ἐξ οἰκίων χρημάτων  
 Πόππλιος Σθένιος Φρόντων Οἰνοανθεύς, υἱὸς Πο-  
 πλίου Σθένιου Αἰκιννιάνου, στεφθεῖς ἀνδρῶν  
 πανκράτιον κοινὸν Λυκίων.

Παίδων μὲν τὰ πρῶτα πάλην ἔσπεψε με πάτρη  
 καὶ κύδηνε κλυτῇ εἰκόνη χαλκελάτῳ·

Πανκράτιον δ' ἀνδρῶν κοινὸν Λυκίων μετέπειτα  
 ἀράμενος πάτρη θῆκ' ἐρατὸν ζόανον.

Oenandis, prope Urludja, in basi. Corp. Inscr. Gr. T. III p. 139 n. 4380m, Spratt and Forbes Travels in Lycia Lond. 1847 T. II p. 291. V. 1 ΠΑΛΙΝ Iota non adscriptum verbis ΚΑΥΤΗ et ΧΑΛΚΕΛΑΤΩ V. 2 et ΠΑΤΡΗ V. 3. V. 4 ΘΗΚ. ΕΡΑΤΟΝ, ἔθηκα.

Quod in huius Voluminis p. 521 ss. a Lud. Rossio editum est epigramma Cyprium, id paulo ante ediderat etiam Jac. C. Bailie in Fasciculo Inscr. Graecarum potissimum, ex Galatia, Lycia, Syria et Aegypto, Dublini 1849 p. 92, sed ut Phaselide extans et quidem (cum Rossius tabulam viderit) „in basi vel ara reperta inter rudera Phaselidis, ubi nunc vicus Turcius Tegrova, in tractu littorali“. Quod falsum esse et Bailium ab alio peregrinatore, a quo apographum accepisset, in errorem inductum non dubito. V. 1 ille scribit παιρίΔΑ-

*ΚΑΙ ΕΡΗΝ ΠΑΦΙΩΝ*, omissis reliquis litteris. In sequentibus ab initio ut in primo, totidem quod in Rossii apographo desunt litterae, in 2. ab illo suppletur *ΔΩΡΩΝ*, in 3. *ΝΗΡΤΙΑΗΣ*, in 4. *ΘΕΙΟΔΟΤΟΣ*, nihil autem est varietatis nisi quod V. 3 *ΠΑΤΡΙΔΟΣ* legitur pro *ΠΑΤΡΙΑΕΣ* (*πάτρις ἀπο πατρίδ' ἐς ἄλλην*), unde immani errore prodit *Πάτρις ἀπὸ πατρίδος ἄλλης*: „Innuitur dedicatio donarii cuiusdam, simulacri fortasse Aphroditae, Paphiis facta a quodam *Patra*, qui et Theiodotus audiverat. Phaseliatam fuisse crediderim; nam in V. 3 describitur ut alienigena, mentione facta Paphiorum in proximo. Nomina Patris s. Patras, Patra in his tractibus erant clara, v. fasc. II n. 233.“ De quibus non magis disputare libet quam de hac prioris distichi explicatione: „Muneribus non indigeo, quibus me commendem, instar omnium est quod tutelarem Paphiorum repraesento.“

F. Th. Welcker.